

A Surmondo lib. 1. cap. 9. p. 106

~~italii Chronicon~~

Explicantur

Regio Latina, et Valeria.

Provincia Latina, et Valeria



~~Q-17-2-28~~ †

16.

Idatianos, ut passim docti viri appel-  
lant Fastos, quorum partem Sirmodus  
dumtaxat ediderat, integros publicavit.  
ex M. S.<sup>o</sup> codicis ipso Philippus Labbeus  
Bituricensis è S. Iesu, initio Tomi I. biblio-  
thecae Novae mss. Librorum, exiit in  
folio anno 1657. Parisijs apud Cramosios.  
De qua editione Labbeus, et alia a Prudentio  
Sandovalio Epo Pampilonensi facta vide  
eundem Labbeum in Dissertationib. de  
Bell. omnium de Scriptorib. to. 1. p. 479.

IDA T I I  
EPISCOPI  
CHRONICON,  
ET  
FASTI CONSVLARES.

Operâ & studio IAC. SIRMONDI  
Societatis IESV Presbyteri.





LVTETIÆ PARISIORVM:  
EX OFFICINA NIVELLIANA.  
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, via  
Iacobæa, sub Ciconiis.


---

M. DC. XIX.

*Cum Privilégio Regis Christianissimi.*








---

## SVMMA PRIVILEGII.

**L**VDOVICI XIII. Francie & Navarre Regis Christianissimi Diplomate cautū est, ne quis in ipsius Regno aliisve locis eius ditioni subiectis, intra proximos decem annos à die impressionis perfecta primo inchoandos excudat, vendat, excudendos, vendendosq; quouis modo ac ratione curet Libellos, qui inscribuntur, prior videlicet, Idatij Episcopi Chronicum, & Fasti Consulares. Et alter: Marcellini V. C. Comitis Illyriciani Chronicum, Opera & studio IACOBI SIRMONTI Societatis IESV Presbyteri: prater Sebastianum Cramoisy Bibliopolam Parisensem, aut illos quibus ipse concesserit, sub pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Lutetiae Parisiorum s. Ianuarij 1619.

De Mandato Regis,

RENOYARD.





# LECTORI.

De Chronico & Fastis Idatij.

**I**DATI *Chronicon*, cuius excerpta tantum quaedam ab Henrico Canisio primum, deinde à Iosepho Scaligero edita fuerant, integrum nunc demum indidem prodit, unde nuper Romae vulgari ceptum est. ex antiquo videlicet codice nostro, quem qui Romanam editionem curavit, quia Parisiis esse audierat, Parisiensem appellavit: nos Metensem potius dicturi eramus, quod Metis olim exscriptum arbitremur; inde certè ad nos ex Monasterio non ignobili nec obscuro pervenerit. Quanti autem merito esse debeat hic libellus, tute, Lector, statim agnosces. Intelliges enim, non solum ab hoc fonte hausta ea esse, quae de Gothorù, Sueuorum, aliarumque gentium rebus in Hispania Galliâque per ea tempora gestis, apud Isidorum, & alios

scriptores, non aliis fermè quàm Chronici huius  
verbis contexta leguntur: sed alia præter-  
ea tum ad sacram, tum ad civilem historiam  
plurima hîc doceri, quæ ut ceteris omnibus in-  
tacta quæ extant, ipsi nos etiam, nisi ab Idatio  
proditæ essent, ignorare cogeremur. Facile ergo  
iudicabis, publici usus fuisse, ut nō diutius hoc  
beneficio careremus. Nec verò minor, ut spero,  
erit gratia Fastorum Consulariū, quos Chro-  
nico adiecimus, Idatianosque iam alibi nomi-  
navimus: non tam quòd in eodē codice Idatij  
Chronico subiiciebantur, quàm quòd rerum &  
verborum in utroque opere affinitas & cogna-  
tio, epocharūmq; & temporum par observatio,  
totius deniq; scriptiois color idem ac genius,  
eundem utriusque auctorem fuisse satis osten-  
dant, tametsi auctoris nomen nullum præferat  
Inscriptio, quæ his verbis ibi cōcepta est, D E-  
C L A R A T I O C O N S V L V M E X Q V O  
P R I M V M O R D I N A T I S V N T. Et si  
porrò in exemplari nostro procedebant hi Fasti  
ad secundum usque Anthemij Consulatum,  
hoc est ad ea tempora, in quibus Idatij Chro-  
nicon desinit, atque à primis orsi Consulibus,  
omnia exinde ad eum usque annū paria Con-  
sulum percensebant: nobis tamen, dum aliud  
consilium dies proferat, satius in præsens vi-  
sum est, eam duntaxat partem edi, quæ & ab

antiquariis minùs fuerat deprauata, & memorabiliũ rerum varietate, atque fructu tibi acceptior, iucundiõrque fore videbatur. Fruere itaque, Lector, & vale.

---

DE NUMERORVM NOTIS,  
QVÆ CHRONICI ET FASTORVM  
marginibus affixæ sunt.

**I**n Chronico Idatii, præter olympiadas, & singulorum Imperatorum annos, qui ordine digeruntur, duo præcipuè numeri adnotantur. Vnus maior, cuius initium ducitur ab Abrahamo, hoc est ab exordio Chronici Eusebiani. Nam cum Eusebij Chronicon continuaret Idatius, consequens erat, ut illius etiam epochas sectaretur. Hic igitur prior numerus est Eusebianus. Alter est æra Hispanica, quam in Fastis quoque, ut Hispanis vsitatam & familiarem adiecit. Hac verò Christi natalem XXXVIII. tantum annis antecedit, cum numerus Eusebianus precedat annis II. XV. Quare si adsignata æra, Christi annum indagari placet, deducendi ab æra sunt anni XXXVIII. Verbi gratia, Barbarorum in Hispanias ingressum in Chronico pag. 10. & in Fastis pag. 63. contigisse notat æra CCCXLVII. deduc annos octo & triginta,

reliqui sunt ccccix. Is ergo Christi annus  
fuit, cum Barbari in Hispanias penetrarunt.  
Quod sanè confirmant reliqui etiam chara-  
cteres, qui una ibidem comparantur. Olym-  
pias enim ccxcvii. & Consules Honorius  
viii. Theodosius iii. & feria tertia quarto  
Calendas Octobris, omnia congruunt anno  
Christi ccccix. Rursus pag. 40. prodigia  
quadam in Gallecia vi. Nonas Martias visa,  
eámque feriam sextam fuisse narrat in Chro-  
nico, era quingentesima. Si de quingentis  
tollantur xxxviii. restant cccclxii. An-  
nus ergo Christi fuit cccclxii. in quem &  
feria item illa quadrat, & Severi Aug. qui  
Maioriano successit, annus secundus, cui hæc  
adscripta sunt. Atque in hunc modum ratio-  
cinari in ceteris licebit, nisi si quando nu-  
meri suis locis antiquariorum culpa moti  
scrutantium industriam & conatum eludent.



# VETERVM DE IDATIO

## TESTIMONIA.

*Leo Magnus sub finem epistola XCI. ad  
Turibium Episcopum Asturicensem.*

**S**I autem aliquid, quod absit, obstiterit, quo  
minus possit celebrari generale Conciliū,  
Gallæciæ saltem in vnum conueniant Sacer-  
dotes. quibus congregatis fratres nostri **HY-  
DATIVS** & Ceponius imminebunt, coniu-  
cta cum eis instantia tua, quo citius vel pro-  
uinciali conuentu remedium tantis vulnerib.  
adferatur. Neque enim mihi dubium, quin hic no-  
ster sit Hydatius, Episcopus Gallæciæ, qui vna cum  
Turibio, ut Chronici pagina 24. declarat, aduersus  
hæreticos laborabat. Hydatium autem, Ἰδάτιον, ori-  
gine Græca dictum fuisse verisimile est, cum ita quo-  
que scribatur in eodem exemplari nostro, & apud  
Sigebertum, & alias.

*Ex Libello de XII. Scriptoribus Ecclesiasticis,  
qui Isidoro & Ildefonso subiici solet.*

**I**DATIVS prouinciæ Gallæciæ Episcopus,  
secutus Chronicam Eusebij Cæsariensis E-  
piscopi, seu Hieronymi presbyteri, quæ vsque  
hodie in Valentis Augusti imperium edita de-  
claratur, dehinc ab anno primo Theodosij Au-

gusti, vsque in annum imperij Leonis VIII. subiunctam sequitur historiam : in qua magis barbararū gentium bella crudelia narrat, quæ premebant Hispaniam. Decessit sub Leone principe, vltima iam penè senectute, sicut etiā præfationis suæ demonstrat initio.

*Sigebertus de viris Illustribus, cap. XVIII.*

**Y**DATIVS Lemicæ Hispaniarum vrbis Episcopus Chronicā iniciatam à primo Theodosij Imperatoris Consulatu composuit. In vulgari Chronico Sigeberti Idatius Chronicon suum perduxisse dicitur ad Christi vsque annum ccccxc. Zenonis Augusti xvii. quod falsum est, cum viginti antè minimum annis sub Leone Augusto scribendi viuendique finem fecerit, vt superiora declarant.

**IDATII**



I D A T I I  
 E P I S C O P I  
 C H R O N I C O N .

---

P R A E F A T I O .

I D A T I V S *seruus* D. N. I E S V  
*Christi vniuersis fidelibus in Do-*  
*mino nostro I E S V Christo, &*  
*seruientibus ei in veritate salutem.*

**P** R O B A T I S S I M O R V M  
 in omnibus virorum stu-  
 dia, quos praecipue in fide  
 Catholica, & conuersa-  
 tione perfecta testes veri-  
 tatis diuini cultus docet adfertio, vt  
 ornantur decore dictorum, ita & com-

mendantur honore meritorum, vt miram in omni opere suo obtineant firmitatem. Verùm IDATIUS prouinciæ Gallæciæ natus in Lemica ciuitate, mage diuino munere, quàm proprio merito, summi præsul creatus officij, vt extremus plagæ, ita extremus & vitæ, perexiguum informatus studio sæculari, multo minus docilis sanctæ lectionis volumine salutari; sanctorum & eruditissimorum patrum in præcedenti opere suo, pro capacitate proprii sensus aut verbi, ostensum ab his secutus exemplar. Quorum primus Eusebius Cæsariensis Episcopus, qui Ecclesiasticas sui numeri libris scripsit historias, ab initio Nini regnantis Assyriis, & sancti Abrahamæ Patriarchæ Hebræis, & reliquorum contemporales his annos regum, in vicesimum Constantini Augusti quo imperabat annum, Græci sermonis Chronographiæ concludit historia. Post hunc successor syngraphæus perfectus vniuersis factorum dictorumque monumentis, Hieronymus presbyter, idem Eusebius cognomento, de Græco in Latinum scripturæ huius interpres, à vicesimo anno su-

prædicti Imperatoris in quartum decimum Valentis Augusti annum subditam texit historiam. Esto ut in sanctis quibus deguit Hierosolymorum locis, à memorato Valentis anno in tempus, quo in præfenti vita duravit, fortè quamplurima de his quæ sunt infecuta subiecerit: quia haud vnquam, dum valuit, à diuerso styli opere cessauit. Quem quodam tempore propriæ peregrinationis in supradictis regionibus ad huc infantulus vidisse me certus sum. Qui post aliquot annos beato ut erat mansit in corpore. Si tunc proprio operi quod subdidit aliqua subiunxerit, apud eos, ad quos scriptorum eius omne opus vel summa peruenit, certa & plena cognitio est. Sed quoniam in cuiusdam studij sui scriptura dixisse eum constat, debacchantibus iam in Romano solo barbaris omnia haberi permixta, atque confusa, opinamur ex huius indicio sermonis, in hoc per se annorù volumine subdito de successione temporum ab ipso nihil adiectum. Tamen quia ad nostri temporis cursum, ut superior lectio docet, descriptio defluxit annorum, cum membra-

na huius historiæ curam contigisset expertis, mentem monuit imperiti, vt de cognitis, etſi in omnibus impari grefſu, vel veſtigiiſ ſe ſubſterneret præceſſorum. Quæ fideli ſuſcipiens cordis intuitu, partim ex ſtudio ſcriptorum, partim ex certo aliquantum relatu, partim ex cognitione quam iam lacrymabile propriæ vitæ tempus oſtendit, quæ ſubſequuntur adiecimus. Quorum continentiam geſtorum & temporum, qui legis ita diſcernes. Ab anno primo Theodoſij Auguſti in annum tertium Valentiniani Auguſti, Placidie reginæ filij, ex ſupradicto à nobis conſcripta ſunt ſtudio, vel ex ſcriptorum ſtylo, vel ex relationibus indicantum, Exin immerito adlectus ad Epiſcopatus officium, non ignarus omnium miſerabilis temporis ærumnarum, & concluſi in anguſtias imperij Romani metas ſubdidimus ruituras, & quod eſt lutuoſius, intra extremam vniuerſi orbis Gallæciam deformem Eccleſiaſtici ordinis ſtatum, creationibus indiſcretis honeſtæ libertatis interitum, & vniuerſæ propemodum in diuina diſciplina religionis occaſum ex furentium

*Prefatio.*

5

dominantem, permixta iniquarum perturbatione nationum. Hæc iam quidem inserta ; sed posteris in temporibus quibus offenderint, reliquimus consummanda.

**IDATII EPISCOPI  
CHRONICON.**



OMANORVM XXXIX.

Theodosius per Gratianum in consortium regni adsumptus, cum ipso, & Valentiniano iuniore re-

gnat annis xvii.

1 Theodosius natione Hispanus, de prouincia Gallæcia, ciuitate Cauca, à Gratiano Augustus appellatur.

Inter Romanos, & Gothos multa certamina conferuntur.

2 Theodosius Constantinopolim ingreditur in primo consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto.

OLYMP.  
CCXC.

Alexandriæ xxi. habetur episcopus Theophilus vir eruditissimus, insignis, qui à primo consulatu Theodosij Augusti Laterculum per centum annos digestum de Paschæ obseruatione con-

6 *Idatij Episcopi*

scripsit.

3 Athanaricus rex Gotthorum apud Constantinopolim decimo quinto die ex quo à Theodosio fuerat susceptus, interiit.

ccccxx.  
vii. Iobeleus ex quo Dominus ascendit.

4 Gothi infida Romanis pace se tradunt.

Ambrosius in Italia Mediolani episcopus, Martinus in Galliis Turonis episcopus, & vitæ meritis, & patris miraculis virtutum habentur insignes.

5 Theodosius Arcadium filium suum Augustum appellans regni facit sibi esse consortem.

—  
xi. cccc.

6 Honorius nascitur filius Theodosij. Legati Persarum ad Theodosium Constantinopolim veniunt.

OLYMP.  
ccxci.

7 Greothingorum gens à Theodosio superatur.

Priscillianus declinans in hæresim Gnosticorum, per episcopos, quos sibi in eadem prauitate collegerat, Abulæ episcopus ordinatur. qui aliquot Episcoporum conciliis auditus, Italiam petit, & Romam. Vbi ne ad conspectum quidem sanctorum episcoporum Damasi, & Ambrosij receptus, cum his cum quibus iuerat, redit ad Gallias.

Inibi similiter, à sancto Martino episcopo, & ab aliis episcopis hæreticus iudicatus, appellat ad Cæsarem; quia in Galliis his diebus potestatem tyrannus Maximus obtinebat imperij.

8 Arcadij quinquennalia celebrantur.

Romanæ ecclesiæ xxxvj. habetur episcopus Siricius.

9 Priscillianus propter supradictam hæresim ab episcopatu depulsus, & cum ipso Latronianus laicus, aliquantique sectatores eius apud Treuirim sub tyranno Maximo cæduntur. Exin in Gallæciam Priscillianistarum hæresis inuasit.

10 Maximus tyrannus occiditur per Theodosium tertio lapide ab Aquileia quinto Kalendas Augustas: & eodem tempore, vel ipso anno in Galliis per Arbogastem Comitem filius Maximi nomine Victor extinctus est.

Cynegius Theodosij præfectus habetur illustris, qui factis insignibus præditus, & vsque ad Aegyptum penetrans gentium simulacra subuertit.

11 Theodosius cum Honorio filio suo Romam ingressus est.

OLYMP.  
CCXCII.

13

ccccxxx. 14 Valentinianus iunior apud Vienne-  
nam scelere Comitum Arbogasti occi-  
ditur, & Eugenius tyrannus efficitur.

OLYMP. 15

CCXCIII.

II. CCCCX.

16 Eugenius à Theodosio Augusto su-  
peratus occiditur.

17 Theodosius inualetudine hydro-  
pis apud Mediolanum defunctus est  
anno regni sui xvij. Et iste annus, qui  
Theodosij xvij. ipse Arcadij. & Hono-  
rij in initio regni eorum primus est.  
quod ideo indicatur, ne olympiadem  
quinque annorum turbet adiectio, in  
hoc loco tantum propter regnantum  
inserta principum.

I ROMANORVM XL. Arcadius, &  
Honorius Theodosij filij defuncto pa-  
tre regnant annis xxx.

2

OLYMP.

CCXCIV.

3 [Romanæ Ecclesiæ xxxvii. habe-  
tur episcopus Anastasius.]

4

5 In prouincia Carthaginiensi in ci-  
uitate Toletæ synodus episcoporum  
contrahitur, in qua quod gestis conti-  
netur, Symphosius, & Distinius, & alij

cum his Gallæciæ prouinciæ episcopi, Priscilliani sectatores hæresim eius blasphemissimã cum adsertore eodem professionis suæ subscriptione condemnant. Statuuntur quædam etiam obseruanda de ecclesiæ disciplina, cõmunicante in eodem concilio Ortigio episcopo, qui Cælenis fuerat ordinatus, sed agentibus Priscillianistis pro fide catholica pulsus factionibus exulabat.

6

7

8 Solis facta defectio tertio Idus Nouembris feria secunda.

OLYMP.  
CCXCV.

Romanæ ecclesiæ xxxviii. habetur piscopus Innocentius.

9 Theodosius Arcadij filius nascitur.

10 Constantinopoli Ioannes episcopus prædicatur insignis, qui ob fidem catholicam Eudoxiam Arcadij vxorem infestissimam patitur Arrianam.

II. ccccxx.

11

12 Hierosolymis Ioannes, Cæsarea Eulogius, Cypro Epiphanius, Alexandria Theophilus qui supra, episcopi habentur insignes.

OLYMP.  
CCXCVI.

Hieronymus presbyterio præditus,

in Bethleem Iudæ vicinia consistens, præcipuus habetur in cunctis.

13 Post superscriptos sanè Arrianos, qui Hierosolymis ante Ioannem episcopi fuerint, Idatius, qui hæc scribit, scire non potuit. Hunc verò sanctum cum sanctis Eulogio, Theophilo, & Hieronymo vidit, & infantulus, & pupillus.

14

OLYMP.  
CCXCVII.

15 Alani, & Vvandali, & Sueui Hispanias ingressi ærâ ccccxlvii. alij quarto Kalendas, alij tertio Idus Octobris memorant die, tertia feria, Honorio viii. & Theodosio Arcadij filio iii. Consulibus.

Alaricus rex Gothorum Romam ingressus. cùm intra, & extra Urbem cædes agerentur, omnibus indultum est, qui ad sanctorû limina confugerunt.

Placidia Theodosij filia, Honorij Imperatoris soror, à Gothis in Vrbe capta.

Alaricus moritur, cui Ataulfus succedit in regno.

Barbari, qui in Hispanias ingressi fuerant, cæde deprædantur hostili. Pestilentia suas partes non segnius operatur.

16 De bacchantibus per Hispanias barbaris, & sæuiente nihilominus pestilentia malo, opes & conditam in urbibus substantiam tyrannicus exactor diripit, & miles exhaurit: fames diragrassatur, adeo ut humanæ carnes ab humano genere vi famis fuerint deuoratae: matres quoque necatis, vel coctis per se natorum suorum sint pastæ corporibus. Bestiæ occisorum gladio, fame, pestilentia, cadaueribus adfuetæ, quosque hominum fortiores interrimunt, eorumque carnibus pastæ passim in humani generis efferantur interitum. Et ita quatuor plagis, ferri, famis, pestilentia, bestiarum, vbique in toto Orbe sæuientibus, prædictæ à Domino per prophetas suos adnuntiationes implentur.

17 Subuersis memorata plagarum grassatione Hispaniæ prouinciis, barbari ad pacem ineundam, Domino miserante conuersi, forte ad habitandum sibi prouinciarum diuidunt regiones. Galæciam Vvandali occupant & Sueui, sitam in extremitate Oceani maris occidua. Alani Lusitaniam, & Carthaginiensem prouincias: & Vvandali co-

gnomine Silingi Bætiam sortiuntur. Hispani per ciuitates, & castella residui à plagis, barbarorum per prouincias dominantium se subiiciunt seruituti.

Constantinus post triennium inuasit tyrannidis ab Honorij duce Constantio intra Gallias occiditur.

18 Iouinus, & Sebastianus fratres intra Galliam, & in Africa Heraclianus pari tyrannidis inflantur infania.

OLYMP.  
CCXCVIII.

Augustinus Hipponensis episcopus habetur insignis, inter cuius studia magna, Donatistas ab eo Dei adiutorio superatos, probata fides demonstrat auctorum.

19 Iouinus, & Sebastianus oppressi ab Honorij ducibus Narbona interfecti sunt.

Gothi Narbonam ingressi vindemiæ tempore.

Heraclianus mouens exercitum de Africa aduersus Honorium, Vtriculo in Italia in conflictu superatus effugit in Africam, cæsis in loco supradicto L. millibus armatorum. Ipse post Carthagine in æde Memorix per Honorium percussoribus missis occiditur.

x. 20 Ataulfus apud Narbonam Placi-

diam duxit vxorem: in quo propheta  
Danielis putatur impleta, qui ait filiam  
regis Austri sociandam regi Aquilonis:  
nullo tamen eius ex ea semine subsi-  
stente.

21 Hierosolymis Ioanne de quo supra  
episcopo præfidente, sanctus & pri-  
mus post Christum Dominum martyr  
Stephanus reuelatur.

[Hieronymus, qui supra, præcipuus  
in omnibus, elementorū quoq; peritif-  
simus Hebræorū, in lege Domini, quod  
scriptū est, diurna, nocturnaq; medita-  
tione continuus, studia operis sui reli-  
quit innumera. Ad vltimum Pelagia-  
norum sectam cum eiusdem auctore  
adamantino veritatis malleo contriuit.  
Aduersus hos, & alios hæreticos extant  
eius probatissima monumenta.

22 Ataulfus à Patritio Constantio pul-  
satus, vt relicta Narbona Hispanias pe-  
teret, per quendam Gothū apud  
Barcinonam inter familiares fabulas  
iugulatur. Cui succedens Vvallia in re-  
gno, cum Patricio Constantio pace  
mox facta, Alanis, & Vvandalis Silin-  
gis, in Lusitania, & Bætica sedentibus  
aduersatur.

OLYMP.  
CCXCIX.

Alexandrinæ ecclesiæ post Theophilum quis præfederit, ignoravi hæc scribens.

Constantius Placidiam accepit uxorem.

[Fredibalū regem gentis Vvandalorū sine vlllo certamine ingeniosè captum ad Imperatorem Honorium destinat.]

23 Vvallia rex Gothorum Romani nominis causa intra Hispanias cædes magnas efficit barbarorum.

24 Solis facta defectio die decimoquarto Kal. Augusti, qui fuit quinta feria.

Romanæ Ecclesiæ xxxix. præfides Episcopus Zosimus.

Durante Episcopo quo supra, gravissimo terræmotu sancta in Hierosolymis loca quassantur, & cætera, de quibus in gestis eiusdem Episcopi scripta declarant.

Vvandali Silingi in Bætica per Vvalliam regem omnes extincti.

Alani, qui Vvandalis, & Sueuis potentabantur, adeo cæsi sunt à Gothis, vt extincto Arace rege ipsorum, pauci, qui superfuerant, abolito regni nomine, de Gunderici regis Vvandalorum, qui in Gallæcia resederat, se patrocii-

nio subiugarent.

Gothi intermisso certamine, quod agebant, per Constantium ad Gallias reuocati, sedes in Aquitanica à Tolosa vsque ad Oceanum acceperunt.

Vvalla eorum rege defuncto Theodores succedit in regno.

25 Inter Gundericum Vvandalorum, & Hermericum Sueuorum reges certamine orto, Sueui in Nerualis montibus obsidentur à Vvandalis.

Valentinianus Constantij, & Placidia filius nascitur.

In Gallicana regione in ciuitate Biterris multa signa effecta terrifica, Paulini epistola eiusdem ciuitatis episcopi enarrat vbique directa.

26 Vvandali Sueuorum obsidione dimissa, instante Asterio Hispaniarum Comite, & sub Vicario Maurocello, aliquantis Bracaræ in exitu suo occisis, relicta Gallæcia ad Baticã transferunt.

[Romanæ Ecclesiæ xl. præsidet Episcopus Bonifacius.]

Honorius apud Rauennam Constantium consortem sibi facit in regno.

27 Constantius Imperator Rauennæ moritur in suo tertio consulatu.

OLYMP.  
ccc.

*Idaij Episcopi*

10

28 Castinus Magister militum cum magna manu, & auxiliis Gothorum, bellum in Bætica Vvandalis infert. quos cum ad inopiam vi obsidionis arctaret, adeo vt se tradere iam pararent, inconsultè publico certamine confligens, auxiliorum fraude deceptus, ad Tarraconam victus effugit.

Bonifacius palatium deserens Africam inuadit.

29

II. ccccxl. 30 Honorius actis tricennialibus suis Rauennæ obiit.

OLYMP.  
cccl.

Paulinus nobilissimus, & eloquentissimus, dudum conuersione ad Deum nobilior factus, vir Apostolicus, Nola Campaniæ episcopus habetur insignis: cui Therasia de coniuge facta soror, testimonio vitæ beatæ æquatur, & merito. Extant operis ipsius egregij studia prædicanda.

ROMANORVM XLI. Theodosius Arcadij filius ante aliquot annos regnans in partibus Orientis, defuncto patre, post obitum Honorij patruui, monarchiam tenet imperij, cum esset annorum viginti sex.

Ioannes arripit tyrannidem.

I Theo-

1 Theodosius Valentinianum, amitæ suæ Placidia filium, Constantinopoli Cæsarem facit, & contra Ioannē mittit: sub quo à ducibus, qui cū eo per Theodosium missi fuerant, apud Rauennam primo anno inuasæ tyrannidis occiditur, & Felix Patricius ordinatur ex Magistro militum.

Valentinianus, qui erat Cæsar, Romæ Augustus appellatur.

Vvandali Balearicas insulas deprædantur: deinde Carthagine Spartaria; & Hispali euerfa, & Hispaniis deprædatis, Mauritaniam inuadunt.

2 Romanæ ecclesiæ x l i. præfidet episcopus Cælestinus.

3

4 Gundericus rex Vvandalorum capta Hispali, cū impiè elatus, manus in ecclesiam ciuitatis ipsius extendisset, mox Dei iudicio dæmone correptus interiit. Cui Gaifericus frater succedit in regno. Qui vt aliquorum relatio habet, effectus apostata de fide Catholica in Arianam dictus est transisse perfidiã.

5 Gaifericus rex de Baticæ prouinciæ litore cum Vvandalis omnibus, eorūque familiis, mense Maio ad Maurita-

OLYMP.  
CCCII.

niam, & Africam relictis transit Hispaniis. Qui priusquam pertrāsiret, admonitus Hermigarium Sueuum vicinas in transitu suo prouincias deprædari, recursu cum aliquantis suis facto, prædantem in Lusitania consequitur. Qui haud procul de Emerita, quam cum S. martyris Eulaliæ iniuria spreuerat, multis per Gaifericum cæsis, ex his quos secum habebat, arrepto, vt putauit, Euro velocius fugæ subsidio, in flumine Anadiuino brachio præcipitatus interiit. Quo ita extincto, mox quò cœperat Gaifericus enauigauit.

6 Sueui sub Hermerico rege medias partes Gallæciæ deprædantes, per plebem, quæ castella tutiora retinebat, acta suorum partim cæde, partim captiuitate, pacem, quam ruperant, familiarum, quæ tenebantur, rehibitione instaurant.

Per Aëtium Comitem non procul de Arelate quædam Gothorum manus extinguitur, Anaolfo optimate eorum capto. Iuthungi per eum similiter debellantur, & Nori.

Felix qui dicebatur Patricius Rauennæ tumultu occiditur militari.

7 Aëtius Dux vtriúsq; militiæ Noros edomat rebellantes. Rursum Sueui initam cum Gallæcis pacem libata sibi occasione conturbant. Ob quorum deprædationem Idatius episcopus ad Aëtium ducem, qui expeditionem agebat in Galliis, suscipit legationem. Vetto, qui de Gothis dolosè ad Gallæciam venerat, sine aliquo effectu redit ad Gothos.

8 Superatis per Aëtium in certamine Francis, & in pace susceptis, Censorius Comes legatus mittitur ad Sueuos, supradicto secum Idatio redeunte.

OLYMP.  
CCCLIII.

Bonifacius in æmulationem Aëtij de Africa per Placidiã euocatus in Italiam ad palatium redit. Qui depulso Aëtio in locum eius succedens, paucis post mensibus, inito adversum Aëtium cõfliktu, de vulnere, quo fuerat percussus interiit. Cui Sebastianus gener substitutus per Aëtium de palatio superatus expellitur.

9 Regresso Censorio ad palatium, Hermericus pacè cum Gallæcis, quos prædabatur assiduè sub interuentu episcopali datis sibi reformat obsidibus.

Symphosius episcopus per eum ad

comitatum legatus missus, rebus in casum frustratur arreptis.

In conuentu Lucensi contra voluntatem Agrestij Lucēsis episcopi, Pastor & Syagrius episcopi ordinantur.

Aëtius Dux vtriusque militiae Patricius appellatur.

II. ccccl. 10 Sebastianus exul & profugus effectus, nauigat ad palatium Orientis.

Romanæ ecclesiæ XLII. habetur episcopus Xystus.

II Hierosolymis Iuuenalem episcopum præsidere, Germani presbyteri Arabicæ regionis exinde ad Gallæciam venientis, & aliorum Græcorum relatione comperimus, adiicientibus Constantinopolim cum aliis, & Palæstinæ prouinciæ & Orientis episcopis euocatum, sub præsentia Theodosij Augusti, contracto episcoporum interfuisse concilio ad destruendam Hebonitarum hæresim, quam Nestorius eiusdem vrbs episcopus prauo stultissimæ sectæ resuscitabat ingenio.

Quo verò tempore sancti Ioannes, Hieronymus, & alij, quos supra diximus, obierint, vel quis Ioanni ante Iuuenalem successerit, sicut & fecisse

cognitum est in breui seniozem quendam, referentum sermo non edidit.

12 Narbona obsideri cœpta per Gothos.

Burgundiones, qui rebellauerant, à Romanis duce Aëtio debellantur.

Vno, eodémque tempore Alexandria Cyrillum episcopum præsidere, & Constantinopoli Nestorium hæreticum Hebionem, Cyrilli ipsius ad eundem epistola, & hæresim destruentis, & regulam fidei exponentis ostendit. Hæc cum aliis habentur allata.

OLYMP.  
CCCLV.

13 Narbona obsidione liberatur Aëtio Duce, & Magistro militum. Burgundionum cæsa viginti millia.

Rursus Censorius, & Fretimundus legati mittuntur ad Sueuos.

14 Gothorum cæsa octo millia sub Aëtio duce.

Sueui cum parte plebis Gallæciæ, cui aduersabantur, pacis iura confirmant.

Hermericus rex morbo oppressus Rechilam filium suum substituit in regnum: qui Andeuotum cum sua, quam habebat, manu ad Singilionem Bæticæ fluuium aperto Marte prostrauit, ma-

gnis eius auri & argenti opibus occupatis.

15 Carthagine fraude decepta decimo quarto Kal. Nouemb. omnem Africam rex Gaifericus inuadit.

Bello Gothico sub Theodore rege apud Tolosam, Litorius Romanus dux, inconsultius cum auxiliari manu irruens, cæsis his, ipse vulneratus capitur, & post dies paucos occiditur.

Inter Romanos & Gothos pax efficitur.

Gaifericus elatus impiè Episcopum, clerumque Carthaginis depellit ex ea, & iuxta prophetiam Danielis, demutatis ministeriis sanctorum, ecclesias catholicas tradit Arrianis.

Rechila rex Sueuorum Emeritam ingreditur.

16 Gaifericus Siciliam deprædatus Panormum diu obsedit : qui damnati à catholicis episcopis Maximini, apud Siciliam Arrianorum ducis, aduersum catholicos præcipitatur instinctu, ut eos quoquo pacto in impietatem cogeret Arrianam. Nonnullis declinãtibus, aliquanti durante in catholica fide consummauere martyrium.

Censorius Comes, qui legatus missus fuerat ad Sueuos, residens Mirtyli, obsessus à Rechila in pace se tradidit. OLYMP.  
 17 Rex Sueuorum diuturno per annos cccv. septem morbo afflictus moritur Hermericus.

Rex Rechila Hispali obtenta, Baticam, & Carthaginensem prouincias in suam redigit potestatem.

[ Romanæ ecclesiæ XLIII. præsidet episcopus Leo. ]

Sabino episcopo de Hispali factione depulso, in locum eius Epiphanius ordinatur fraude, non iure.

Asturius Dux vtriusque militiæ ad Hispanias missus Tarraconensium cædit multitudinem Bacaudarum.

18 Cometæ fidus apparere incipit mense Decembri: quod per menses aliquot visum, subsequens in pestilentia plagæ, quæ fere in toto orbe diffusa est, præmisit ostentum.

Constantinopolitanæ ecclesiæ depulso Nestorio præsidet episcopus Flavianus.

19 Asturio Magistro vtriusque militiæ gener ipsius successor ipsi mittitur Merobaudis, natu nobilis, & eloquentiæ

merito, vel maximè in poëmatis studio veteribus comparandus, testimonio etiam prouehitur statuarū. Breui tempore potestatis suæ Aracellitanorum frangit insolentiam Bacaudarum. Mox nonnullorum inuidia perurgente, ad urbem Romam sacra præceptione reuocatur.

VI. CCCCLX. 20 Sebastianus illic, quò confugerat, deprehensus sibi aduersa moliri, è Constantinopoli fugit admonitus, & ad Theodorem regem Gothorum veniens, conquæsitam sibi, qua potuit, Barcinonam hostis ingreditur.

OLYMP.  
CCCVI.

21 In Asturicensi vrbe Gallæciæ, quidam ante aliquot annos latentes Manichæi gestis episcopalibus deteguntur, quæ ab Idatio, & Turibio episcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritensem episcopum directæ sunt.

Vvandali nauibus Turonio in litore Gallæciæ repente aduecti, familias capiunt plurimorum.

Sebastianus de Barcinona fugatus migrat ad Vvandalos.

Per episcopum Romæ tunc præsentem gesta de Manichæis per provincias diriguntur.

22 Virus Magister vtriusque militiæ factus ad Hispanias missus, non exiguæ manus fultus auxilio, cùm Carthaginienses vexaret, & Bæticos, succedentibus cum rege suo illic Sueuis, superatis etiam in congressione, qui ei ad deprædandum in adiutorium venerant, Gothis, territus miserabili timore diffugit. Sueui exin illas prouincias magna deprædatione subuertunt.

23 Romanæ ecclesiæ XLIII. præsidet episcopus Leo. huius scripta per episcopi Turibij diaconem Peruincum contra Priscilianistas ad Hispanienses episcopos deferuntur. Inter quæ ad episcopum Turibium de obseruatione catholicæ fidei, & de hæresum blasphemis, disputatio plena dirigitur, quæ ab aliquibus Gallæcis subdolo probatur arbitrio.

Solis facta defectio die nono Kal. Ianuarias, qui fuit tertia feria.

24 Rechila rex Sueuorum Emeritæ gentilis moritur mense Augusto: cui mox filius suus catholicus Rechiarius succedit in regnum, nonnullis quidem sibi de gente sua æmulis, sed latenter. obtento tamen regno, sine mora vlte-

riores regiones inuadit ad prædam.

Pascentium quendam vrbs Romæ, qui de Asturica diffugerat, Manichæū Antoninus episcopus Emeritæ cōprehendit, auditūmque etiam de prouincia Lusitania facit expelli.

Per Aiulfum Hispali Cenforius iugulatur.

OLYMP.  
CCCVII.

25 Rechiarius accepta in coniugium Theodori regis filia, auspicatus initiū regni Vasconias deprædatur mense Februario.

Basilius ob testimonium egregij ausus sui congregatis Bacaudis in ecclesia Tyriassone fœderatos occidit. vbi & Leo eiusdem ecclesiæ episcopus, ab eisdem qui cum Basilio aderant, in eo loco obiit vulneratus.

Rechiarius mense Iulio ad Theodorem focerum profectus, Cæsaraugustanam regionem cum Basilio in reditu deprædatur. Irrupta per dolum Ilerdensi vrbe acta est non parua captiuitas.

26 Asturius vir illustris ad honorem prouehitur consulatus.

Sebastianus exul factus ad perniciosam sibi, sicut post exitus docuit, Gaisericici confugit potestatem : paruò post

tempore quàm venerat per eum iubetur occidi.

De Galliis epistolæ deferuntur Flavianii episcopi ad Leonem episcopum missæ, cum scriptis Cyrilli episcopi Alexandrini ad Nestorium Constantinopolitanum de Eutychete Hebionita hæretico, & Leonis episcopi ad eundem responsa: quæ cum aliorum episcoporum & gestis, & scriptis, per ecclesias diriguntur.

27 Theodosius Imperator moritur Constantinopoli anno ætatis suæ quadragesimo octavo.

Post quem XLIII. statim apud Constantinopolim Marcianus à militibus, & ab exercitu, instante etiam sorore Theodosij Pulcheria regina, efficitur Imperator. Qua sibi in coniugium assumpta, regnat in partibus Orientis.

28 Valentiniani Imperatoris mater Placidia moritur apud Romam.

In Gallæcia terræmotus assidui, magna in cælo plurima ostéduntur. Nam pridie nonas Aprilis tertia feria, post Solis occasum, ab Aquilonis plaga cælum rubens sicut ignis, aut sanguis, efficitur, intermixtis per igneum ruborem

OLYMP.  
CCCVIII.

lineis clarioribus in speciem hastarum rutilantium deformatis. à die clauso usque in horam noctis ferè tertiam signaturat ostensio, quæ mox ingenti exitu perdocetur.

Gens Hunnorum pace rupta deprædatur prouincias Galliarum. plurimæ ciuitates effractæ: in campis Catalaunicis, haud longè de ciuitate, quam effregerat, Mettis, Aëtio duci, & regi Theodori, quibus erat in pace societas, aperto Marte confligens, diuino cæsa superatur auxilio: bellum nox intempesta diremit. Rex illic Theodores prostratus occubuit: ccc. fermè millia hominum in eo certamine cecidisse memorantur.

Multa anno signa procedunt. Quinto Kalen. Octobris à parte Orientis Luna fuscatur. In diebus sequentis paschæ visa quædam in cælo regionibus Galliarum, epistola de his Eufronij Augustodunensis episcopi ad Agrippinum Comitem facta euidenter ostendit. Stella cometes à decimo quarto Kal. Iulias apparere incipit, quæ i. i. Kal. diluculo ab Oriente visa, post occasum Solis ab occidua parte mox cernitur. Ka-

lendis Augusti à parte Occidentis apparet.

Occiso Theodore Thorismo filius eius succedit in regno.

Hunni cum rege suo Attila relictis Gallis post certamen Italiam petunt. 29 Secundo regni anno principis Marciani Hunni, qui Italiam prædabantur, aliquantis etiam ciuitatibus irruptis, diuinitus partim fame, partim morbo quodam plagis cælestibus feriuntur: missis etiam per Marcianum principem Aëtio ducē cæduntur auxiliis; pariterque in sedibus suis, & cælestibus plagis, & per Marciani subiguntur exercitum. & ita subacti, pace facta cum Romanis, proprias vniuersi repetunt sedes, ad quas rex eorum Attila mox reuersus interit.

Ad Sueuos Mansuetus Comes Hispaniarum, & Fronto similiter Comes, legati pro pace mittuntur, & obtinent conditiones iniunctas.

Thorismo rex Gothorum spirans hostilia à Theudorico & Frederico fratribus iugulatur: cui Theudoricus succedit in regno.

30 Tertio regni anno principis Marcia- IIICCCCLXX.

ni regina moritur Pulcheria mēse Iulio.

Per Fredericum Theudorici regis fratrem Bacaudæ Tarraconenses cæduntur ex auctoritate Romana.

In Gallæcia terræmotus, & in Sole signum in ortu, quasi altero secum concertante monstratur.

Aëtius Dux, & Patricius fraudulenter singularis accitus intra palatium manu ipsius Valentiniani Imperatoris occiditur. Et cum ipso per spatarium eius aliqui singulariter intromissi iugulantur honorati.

His gestis legatos Valentinianus mittit ad gentes, ex quibus ad Sueuos venit Iustinianus.

31 Quarto regni anno principis Marciani, per duos barbaros Aëtij familiares Valentinianus Romæ Imperator occiditur in campo, exercitu circumstante, anno ætatis suæ xxxvi. & regni xxxi. Post quem mox Maximus ex consulibus xliii. Romæ Augustus appellatur. qui cùm Imperator factus relictam Valentiniani sibi duxisset uxorem, & filio suo ex priore coniuge Palladio, quem Cæsarem fecerat, Valentiniani filiam in coniugium tradi-

disset, magnorum motuum, quos verebatur, perturbatione distortus, & quia in occisorum per Valentinianum, & in ipsius interitum Valentiniani, ambitu regni consilia scelestâ patrata contulerat, cùm imperium deserere vellet, & Romam, vix quatuor regni sui mensibus expletis, in ipsa vrbe tumultu populi, & seditione occiditur militari.

Ipsò anno in Galliis Auitus Gallus ciuis ab exercitu Gallicano, & ab honoratis, primùm Tolosæ, dehinc apud Arelatum Augustus appellatus, Romam pergit, & suscipitur.

Vsq̄ue ad Valentinianum Theodosij generatio tenuit principatum.

**I. ROMANORVM XLIII.** Marcianus quarto iam regni sui anno obtinet monarchiam.

Per Auitum, qui à Romanis, & euocatus & susceptus fuerat Imperator, legati ad Marcianum pro vnanimitate mittuntur imperij.

Gaifericus sollicitatus à relicta Valentiniani, vt malum fama dispergit, priusquàm Auitus Augustus fieret, Romam ingreditur, direptisq; opibus Romanorum Carthaginem redit, relictam

Valentiniani, & filias duas, & Aëtij filium Gaudentium nomine, secum ducens.

Sueui Carthaginenses regiones, quas Romanis reddiderant, deprædantur.

Marcianus, & Auitus cōcordes principatu Romani vtuntur imperij.

OLYMP.  
CCCIX.  
V. ANNUS  
Martiani.

Per Augustum Auitum Fronto Comes legatus mittitur ad Sueuos. Similiter & à rege Gothorum Theudorico; quia fidus Romano esset imperio, legati ad eisdem mittuntur, vt tam secum, quàm cum Romano imperio, quia vno essent pacis fœdere copulati, iurati fœderis promissa seruari. Remissis legatis vtriusque partis, atque omni iuris ratione violata, Sueui Tarraconensem prouinciam, quæ Romano imperio deseruiebat, inuadunt.

Tarracon.  
prov.<sup>a</sup>

De Erulorum gente septem nauibus in Lucensilitore aliquanti aduecti, viri fermè c c c c. expediti, superuentu multitudinis congregatæ duobus tantum ex suo numero effugantur occisis. qui ad sedes proprias redeuntes, Cantabriarum, & Varduliarum loca maritima crudelissimè deprædati sunt.

Cantabrie  
Vardulie

Legati Gothorum rursus veniunt ad

Sue-

Sueuos. post quorum aduentum rex Sueuorum Recharius cum magna suorum multitudine regiones prouinciæ Tarraconensis inuadit, acta illic deprædatione, & grandi ad Gallæciam captiuitate deducta.

Mox Hispanias rex Gothorum Theudoricus cum ingenti exercitu suo, & cum volûtate, & ordinatione Auiti Imperatoris ingreditur. Cui cum multitudine Sueuorum res Recharius occurrens duodecimo de Asturicensi vrbe milliario, ad fluuium nomine Vrbicum, tertio nonas Octobris die sexta feria inito mox certamine superatur. cæsis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipse ad extremas sedes Gallæciæ plagatus vix euadit, ac profugus.

Theudorico rege cum exercitu ad Bracaram extremam ciuitatem Gallæciæ pertendente, quinto Kal. Nouemb. die Dominico, & si incruenta, fit tamen satis mœsta, & lacrymabilis eiusdem direptio ciuitatis. Romanorum magna agitur captiuitas captiuorum, Sanctorum basilicæ effractæ, altaria sublata atque contracta, virgines Dei exiit

quidem abductæ, sed integritate seruata, clerus vsque ad nuditatem pudoris exutus, promiscui sexus cum paruulis, de locis refugij sanctis, populus omnis abstractus, iumentorum, pecorum, camelorumque horrore locus facer impletus, scripta super Hierusalé ex parte cælestis iræ reuocauit exempla.

2 Rechiarius ad locum, qui Portucale appellatur, profugus regi Theudorico captiuus adducitur. quo in custodiam redacto, cæteris, qui de priore certamine superfuerant, tradentibus se Sueuis, aliquantis nihilominus interfectis, regnum destructum, & finitum est Sueuorum.

Hisdem diebus Rechimeris Comitibus circumuentione magna multitudo Vandalorum, quæ se de Carthagine cum LX. nauibus ad Gallias, vel ad Italiam mouerat, regi Theudorico nunciatur occisa per Auitum.

Hesy chius Tribunus legat<sup>9</sup> ad Theodoricum cum sacris muneribus missus ad Gallaciã venit, nuncians ei id quod supra, in Corsica cæsam multitudinem Vandalorum, & Auitum de Italia ad Gallias Arelate successisse. Orientaliũ

naues Hispalim venientes per Marciani exercitum cæfas nunciat.

Occiso Rechiario mense Decembri, rex Theudoricus de Gallæcia ad Lusitaniam succedit.

In conuentus parte Bracarenfis latrocinantium deprædatio perpetratur.

Aiulfus deserens Gothos in Gallæcia residet.

Sucui, qui remanserant in extrema parte Gallæciæ, Massiliæ filium nomine Maldram sibi regem constituunt.

Theudoricus Emeritam deprædari volens beatæ Eulaliæ martyris terretur ostentis.

3 Auitus tertio anno posteaquam à Gallis, & à Gotthis factus fuerat Imperator caret imperio, Gothorum promisso destitutus auxilio, caret & vita.

In Orientis partibus septimo anno imperij sui moritur Marcianus.

ROMANORVM XLIV. Maiorianus in Italia, & Constantinopoli Leo Augusti appellantur.

1 Theudoricus aduersis sibi nunciis territus, mox post dies Paschæ, quod fuit quinto Kal. Aprilis, de Emerita

egreditur, & Gallias repetens, partem ex ea quam habebat multitudine variæ nationis, cum ducibus suis ad campos Gallæciæ dirigit. qui dolis, & periuriis instructi, sicut eis fuerat imperatum, Asturicam, quam iam prædones ipsius sub specie Romanæ ordinationis intrauerant, mentientes ad Sueuos, qui remanserant, iussam sibi expeditionem, ingrediuntur pace fucata solita arte perfidiæ. Nec mora promiscui generis reperta illic cæditur multitudo, sanctæ effringuntur ecclesiæ, altarib. direptis, & demolitis, sacer omnis ornatus, & usus aufertur. Duo illic episcopi inuenti cum omni clero abducuntur in captiuitatē: inualidior promiscui sexus agitur miseranda captiuitas; residuis, & vacuis ciuitatis domibus datis incendio, camporum loca vastantur. Palentina ciuitas simili, quo Asturica, per Gothos perit exitio. Vnum Couiacense castrum tricesimo de Asturica milliario à Gothis diutino certamine fatigatum, auxilio Dei, hostibus & obsistit, & præualet: quàm plurimis ex eorum manu interfectis, reliqui reuertuntur ad Gallias.

Aiulfus dum regnum Sueuorum spi-

rat, Portucale moritur mense Iunio.

Sueui in partes diuisi pacem ambiunt Gallegiarum: è quibus pars Frantanem, pars Maldram regem appellat. Solito more perfidiæ Lusitaniam deprædatur pars Sueuorum Maldram sequens. acta illic Romanorum cæde, prædisque contractis, ciuitas Vlyxippona sub specie pacis intratur.

Frantanes moritur per Pascha, & Pentecostem. Iubente Maldra Sueui in solitam perfidiam versi, regionem Gallæciæ adhærentem flumini Durio deprædantur. Quinto idus Iunias, die quarta feria, ab hora quarta in horam sextam, ad speciem Lunæ quintæ, vel sextæ, Sol de lumine orbis sui minoratus apparuit.

2 Gothicus exercitus duce suo Cyrila à Theudorico rege ad Hispanias missus mense Iulio succedit ad Bætiam. Legati Gothorum, & Vandalorum pariter ad Sueuos veniunt, & reuertuntur.

3 Theudoricus cum duce suo Sunierico exercitus sui aliquantam ad Bætiam dirigit manum: Cyrila reuocatur ad Gallias. Sueui nihilominus Lusitanix partes cum Maldra, alij cum Re-

OLYMP.  
cccx.

mismundo Gallæciam deprædantur.

Eruli maritima conuentus Lucensis loca nonnulla crudelissimè inuadunt ad Bæticam pertendentes.

Maldras germanum suum fratrem interficit, & Portucale castrum idem hostis inuadit.

Inter Sueuos, & Gallæcos interfectis aliquantis honestis natu, malum hostile miscetur.

Legati à Nepotiano Magistro militiæ, & à Sunierico Comite missi veniunt ad Gallæcos, nunciantes Maiorianum Augustum, & Theudoricum regem firmissima inter se pacis iura sanxisse, Gothis in quodam certamine superatis.

4 Maldras in fine mensis Februarij iugularis merito perit interitu.

Per Sueuos Luco habitantes, in diebus Paschæ, Romani aliquanti cum rectoris suo honesto natu repétino, securi de reuerentia dierum, occiduntur incurfu.

Mense Maio Maiorianus Hispanias ingreditur Imperator: quo Carthaginensem prouinciam pertendente, aliquantas naues, quas sibi ad transitum aduersum Vvandalos præparabat, de litore Carthaginensi commoniti Vvan-

dali per proditores abripiunt. Maiorianus ita à sua ordinatione frustratus ad Italiam reuertitur.

Pars Gothici exercitus à Sunierico & Nepotiano Comitibus ad Gallæciam directa, Sueuos apud Lucum deprædantur, quæ Dictinio, Spinione & Ascanio delatoribus, spargentibusque ad terrorem propriæ venena perfidiæ, indicata recurrit ad suos. ac mox iisdem delatoribus, quibus supra, Frumarius cùm manu Sueuorum, quam habebat impulsus, capto Idatio episcopo septimo Kalen. Augusti in Aquæflauensi ecclesia, eundem conuētum grandi euertit excidio.

Remismundus vicina pariter Auregensium loca, & Lucensis conuentus maritima populatur.

Inter Frumarium, & Remismundum oritur de regni potestate dissensio.

Gallæcorum & Sueuorum pacis quædam vmbra conferitur.

A Theodorico legati ad Sueuos veniunt, & recurrunt.

Suniericus Scalabim, cui aduersabatur, obtinet ciuitatem.

Idatius, qui supra, tribus mensibus captiuitatis impletis, mense Nouembri

miserantis Dei gratia, contra votum, & ordinationem supradictorum delatorum, redit ad Flauias.

De rege Theudorico legati gentis perfidæ reuertuntur.

Gaifericus rex à Maioriano Imperatore per legatos postulat pacem.

§. 1. Maiorianum de Galliis Romam redeuntem, & Romano imperio vel nomini res necessarias ordinantem, Rechimer liuore percitus, & inuidorum consilio fultus, fraude interficit circumuentum.

ROMANORVM XLV. Seuerus à Senatu Romæ Augustus appellatur anno imperij Leonis quinto.

6. 2. Sunericus redit ad Gallias. Neptianus Theudorico ordinante Arbo-  
rium accipit successorem.

In prouincia Gallæcia prodigiorum videntur signa diuersa. Aera p. v i. Nonas Martias pullorum cantu, ab occasu Solis Luna in sanguinem plena conuertitur. Idem dies sexta feria fuit.

Antiochia maior \* Isauriæ inobediens monitis salutaribus, terra dehiscente demergitur, tantum ipsius ciuitatis ali-

quantis, qui eum obaudientes timori Domini sunt secuti, de interitu liberatis, turrium etiam solis cacuminibus extantibus super terram.

Gaifericus Valentiniiani relicta Constantinopolim remittit. Filia ipsius vna Gentoni Gaiferici filio, alia Olybrio senatori vrbis Romæ iure matrimonij copulantur.

OLYMP.  
cccxi.

Agrippinus Gallus & Comes, & ciuis, Ægidio Comiti viro insigni inimicus, vt Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudorico.

Aduersus Ægidium Comitem vtriusque militiæ, virum, vt fama commendat, Deo bonis operibus complacentem, in Armoricana prouincia Fretircus frater Theuderici regis insurgens, cum his cum quibus fuerat, superatus occiditur.

Cum Palegorio viro nobili Gallaciæ, qui ad supradictum fuerat regem Cyri-la legatus ad Gallaciã veniens, euntes ad eundem regem legatos obuiat Remismundi. qui regressi in celeri, reuertentem Cyrilam in Lucensi vrbe suscipiunt. Post cuius mox egressum de Gallaciã, Sueui promissionum suarum

vt semper fallaces & perfidi, diuersa loca infelicis Gallæciæ solito deprædantur.

Per Theudoricum ad Sueuos Remismundus, & Cyrila cum aliquantis Gothis, qui prius venerant, remittuntur. Cyrila in Gallæcia remanente, Remismundo mox recurrente ad regem, inter Gallæcos, & Sueuos indisciplinata perturbatio dominatur.

Romanæ ecclesiæ XLIV. præsidet episcopus Hilarus.

7. 3 Nepotianus recedit è corpore.

Frumario mortuo, Remismundus omnibus Sueuis in suam ditionem regali iure reuocatis, pacem reformat classem.

Mense Maio supradicti viri Aegidij legati per Oceanum ad Vandalos transcunt, qui eodem cursu Septembri mense reuertuntur ad suos.

Decimotertio Kalend. Augusti die secunda feria, in speciem Lunæ quintæ Sol de lumine suo ab hora tertia in horam sextam cernitur minoratus.

Legatos Remismundus mittit ad Theudoricum; qui similiter suos ad Remismundum remittit, cum armorum

adiectione, vel munerum, directa & coniuge, quam haberet.

Vvandali per Marcellinum in Sicilia cæsi effugantur ex ea.

Aëgidius moritur, alij dicunt infidiis, alij veneno deceptus. Quo desistente, mox Gothi regiones inuadunt, quas Romano nomini tuebatur.

Sueui Conimbricam dolosè ingressi, familiam nobilem Cantabrispoliant, & captiuam abducunt matrem cum filiis.

Legati eodem anno duabus vicibus à rege Sueuorum mittuntur ad regem Theudoricum, ad quem & Arborius proficiscitur euocatus.

8. 4 Reuersi legati Sueuorum obiisse nunciant Seuerum imperij sui anno quarto. qui supra remittuntur ad Conimbricam.

Ajax natione Galata, effectus apostata, & senior Arrianus, inter Sueuos regis sui auxilio hostis Catholicæ fidei, & diuinæ Trinitatis emergit. de Gallicana Gothorum habitatione hoc pestiferum inimici hominis virus aduectum.

Sueui aduersum Aunonensem sæuiunt plebem. qua de causa legati à

Theudericus ad Remismundum mittuntur in cassum, spretique ab eo mox redeunt.

De Constantinopoli à Leone Augusto Anthemius frater Procopij cum Marcellino, aliisque comitibus viris electis, & cum ingēti multitudine exercitus copiosi, ad Italiam, Deo ordinante, directus ascendit.

ROMANORVM XLVI. Anthemius octauo milliario de Roma Augustus appellatur, anno Leonis imperij octauo, mense Augusto.

9. I Expeditio ad Africam aduersus Vandalos ordinata metabolarū commutatione, & nauigationis inopportunitate reuocatur.

Per Theudericum Salla legatus mittitur ad Remismundum regem Sueuorum, qui reuersus ad Gallias eum à fratre suo Eurico reperit interfectum.

Euricus pari scelere quo frater, succedit in regnum: qui honore prouectus, & crimine, legatos ad regem dirigit Sueuorum. quibus sine mora à Remismundo remissis, eiusdem regis legati ad Imperatorem, alij ad Vandalos, alij diriguntur ad Gothos.

De Aunonensi plebe, cui Sueuorū aduersabatur hostilitas, Opilio cum viris secum à rege profectis, & cum aliquantibus, qui cum ipso missi fuerant, reuertitur.

Gothi, qui ad Vandalos missi fuerant, supradictæ expeditionis rumore perterriti reuertuntur in celeri: pariter & Sueui, qui post legatos, more solito, per diuersa loca in in prædam dispersi fuerant, reuocantur: sed paucis post mensibus ipse rex Sueuorum ad Lusitaniam transit.

2 Conimbrica in pace decepta diripitur: domus destruuntur cum aliqua parte murorum, habitatoribúsque captis atque dispersis, & regio desolatur, & ciuitas.

Legati de Gothico reuersi portenta in Galliis visa aliquanta, in conspectu . . . . . similem ipsi de continuo paruiffe Solem alium visum . . . . .  
 . . . . . Solis occasu. Congregatis etiam quodam die concilij sui Gothis tela, quæ habebant in manibus, à parte ferri, vel acie, alia viridi, alia roseo, alia croceo, alia nigro colore natura-

OLYMP.  
 CCCXII.

lem ferri speciem aliquandiu non habuisse mutata. Medio Tolosæ ciuitatis hisdem diebus è terra sanguinem erupisse, totóque diei fluxisse curriculo.

3 Legatorum Sueuorum reditum aliquanta Gothorum manus insequens Emeritam petit.

Vlixippona à Sueuis occupatur, ciue suo, qui illic præerat, tradente Lusidio. Hac re cognita Gothi, qui venerant, inuadunt, & Sueuos deprædantur, pariter & Romanos ipsis in Lusitaniæ regionibus seruentes.

Legati, qui ad Imperatoré missi fuerant, redeunt, nuntiantes sub præsentia sui magnum valde exercitum cum tribus ducibus lectis aduersum Vvandalos à Leone Imperatore descendisse, directo Marcellino pariter cum manu magna eidem per Imperatorem Anthemium sociata. Rechimerum generum Anthemij Imperatoris, & Patriem factum: Asparem degradatum ad priuatam vitam, filium eius occisum, aduersum Romanum imperium, sicut detectique sunt, Vvandalis consulentes.

Hilaro defuncto sex sacerdotij sui annis expletis, xlv. Romanæ ecclesiæ Simplicius episcopus ordinatur.

Aunonenses pacem cum rege faciunt Sueuorum, qui & Lusitanæ, & conuentus Asturicensis quædam loca prædantes iuuadunt.

Gothi circa eundem conuentum pari hostilitate desæuiunt, partes etiam Lusitanæ deprædantur.

Lusidius per Remismundum cum suis hominibus Sueuis ad Imperatorem in legatione dirigitur.

Durissimus extra solitum hoc eodem tempore annus hiberni, veris, æstatis, autumnus in æris, & omnium fructuum permutatione diffunditur.

Signa etiam aliquanta, & prodigia in locis Gallæciæ peruidetur. In flumine Minio, de municipio Lais milliaro ferme quinto, capiuntur pisces quatuor noui visu, & specie, sicut retulere, qui cœperant Christiani, & religiosi, Hebræis, & Græcis litteris, Latinis autem ærarum numeris insigniti, ita cccclxv. anni circulum continentis, pari mensium interuallo. Haud procul de supra-

48 *Idatij Episc. Chronicon.*

dicto municipio in speciem lenticulæ  
viridissimorum, yt herba quædam, for-  
ma granorum plena amaritudine de-  
fluxit è cælo. & multa alia ostenta, quæ  
memorare prolixum est.

**FINIS.**



# IDATII EPISCOPI

FASTORVM CONSVLARIVM

*pars, ab exordio Aureliani Aug.  
ad obitum Honorij.*

**A**NTIOCHIANO & Orfito.  
*His Consulibus leuatus Aurelianus  
Imperator.*

Aureliano & Basso.

*His Consf. muri urbis cæpti fieri.*

Quieto & Volturniano.

cccc.

Tacito & Placidiano.

Aureliano I I. & Capitolino.

Aureliano I I I. & Marcellino.

*His Consf. occisus est Aurelianus Imper.*

*Canofrutio, & leuatus est Tacitus Romæ.*

Tacito I I. & Aemiliano.

Probo & Paulino.

*His Consf. occisus est Tacitus Tyana.*

Probo I I. & Lupo.

Probo I I I. & Paterno.

Messala & Grato.

Probo I V. & Tiberiano.

Probo V. & Victorino.

Caro I I. & Carino.

*His Conss. occisus est Probus Sirmio.*

Carino I I. & Numeriano.

*His Conss. magna fames fuit.*

Diocletiano I I. & Aristobulo.

*His Cōss. occisus est Carinus Margo, [ & leuatus est Diocletianus Imperator, ] qui ipso anno cū Aristobulo Consul processerat.*

Maximo I I. & Aquilino.

*His Conss. leuatus est Maximianus Imperator senior die Kal. April.*

Diocletiano I I I. & Maximiano.

Maximiano I I. & Ianuario.

Basso & Quintiano.

Diocletiano I V. & Maximiano I I I.

Tiberiano & Dione.

*His Conss. tenebræ fuerunt inter diem. & eo anno leuati sunt Constantius & Maximianus Cæsares die Kal. Mart.*

CCCLXXX. Annibaliano & Asclepiodoto.

Diocletiano V. & Maximiano I V.

Constantio & Maximiano.

*His Conss. castra facta in Sarmatia contra Acinco & Bononia.*

Tusco & Annulino.

*His Conss. Carporum gens uniuersa in Romania se tradidit.*

Diocletiano V I. & Constantio I I.

Maximiano v. & Maximiano i i.

*His Consf. victi Persæ.*

Fausto i i. & Gallo.

Diocletiano v i i. & Maximiano v i.

*His Consf. victi Marcomanni.*

Constantio i i i. & Maximiano i i i.

Titiano i i. & Nepotiano.

Constantio i v. & Maximiano i v. cccxl.

*His Consulib. vilitatem iusserunt Imperatores esse.*

Diocletiano v i i i. & Maximiano v i i.

*His Consf. persecutio Christianorum.*

Diocletiano i x. & Maximiano v i i i.

*His Consf. deposuerunt purpuram privati effecti Diocletianus & Maximianus, & vestierunt Seuerum & Maximinũ. Nam Constantius & Maximianus, qui Cæsares fuerunt, eadem hora Augusti nuncupati sunt die Kal. April.*

Constantio v. & Maximiano v.

Constantio v i. & Maximiano v i.

*His Consf. diem functus Constantius, & postea leuatus est Constantinus v i i i. Kal. Aug.*

Nouies & Constantino.

*His Consf. quod est post sextum Consulatum, occisus Seuerus Romæ.*

Item Decies & Maximiano v i i.

*His Conss. quod est Maxentio & Romulo,  
leuatus Licinius Carnunto III. Id. Nou.*

Post Consulatum Decimum & Septimum.

*His Conss. quod est Maxentio I I. & Ro-  
mulo I I.*

Anno II. post Consulatum Decimum  
& Septimum.

*His Conss. quod est Maxentio III. solo,  
diem functus Maximianus senior.*

Maximiano VIII. Consule.

*His Conss. quod est Rufino & Volusiano,  
diem functus Maximianus iunior.*

cccl.

Constantino II. & Licinio II.

*His Conss. quod est Maxentio I V. solo,  
uictus & occisus Maxentius Roma ad pon-  
tem Muluium.*

Constantino III. & Licinio III.

Volusiano II. & Anniano.

*His Conss. bellum Cibalense fuit die VIII.  
Idus Octobr.*

Constantino IV. & Licinio IV.

Sabino & Rufino.

*His Conss. diem functus Diocletianus Sa-  
lona die III. Non. Decemb.*

Gallicano & Basso.

*His Conss. leuati tres Cæsares, Crispus,  
Licinius & Constantinus die Kal. Mart.*

Licinio V. & Crispo Cæsare.

*Fasti Consulares.* 53

*His Conss. tenebrae fuerunt inter diē hora IX.*

Constantino v. & Licinio Cæsare.

Constantino vi. & Cōstantino Cæsare.

Crispo ii. & Constantino ii.

Probiano & Iuliano.

CCCLX.

Seuero & Rufino.

Crispo iii. & Constantino iii.

*His Conss. bellum Hadrianopolitanum die v. Non. Iulias, & bellum Calchedonense xiv. Kal. Octob. & leuatus est Constantius Cæsar vi. Idus Nouemb.*

Paulino & Iuliano.

*His Conss. occisus Licinius.*

Constantino vii. & Constantio Cæsare.

*His Conss. occisus est Crispus, & edidit vicennalia Constantinus Augustus Romæ.*

Constantino & Maximo.

Ianuario & Iusto.

Constantino viii. & Constantino i v.

Gallicano & Symmacho.

*His Conss. dedicata est Constantinopolis die v. Idus Maias.*

Basso & Ablabio.

Pacatiano & Hilariano.

CCCLXX.

*His Cōss. victi Gothi ab exercitu Romano in terris Sarmatarum die xii. Kal. Maij.*

Dalmatio & Xenophilo.

*His Conss. leuatus est Constans die viii.*

*Kal. Ianuar.*

Optato & Paulino.

*His Conss. Sarmatæ serui vniuersa gens dominos suos in Romaniam expulerunt.*

Constantio & Albino.

*His Conss. tricennalia edidit Cōstantinus Aug. die VIII. Kal. Aug. & leuatus est Dalmatius Cæsar XIV. Kal. Octob.*

Nepotiano & Facundo.

Feliciano & Titiano.

*His Conss. Constantinus Aug. ad caelestia regna ablatus est XI. Kal. Iunias. & ipso anno nuncupati sunt tres Augusti Constantinus, & Constantius, & Constans v. Idus Septemb.*

Vrso & Polemio.

Constantio II. & Constante.

Acyndino & Proculo.

*His Conss. occisus est Constātinus iunior.*

Marcellino & Probino.

*His Conss. pugna facta est cum gente Francorum à Constante Aug. in Galliis. & ipso anno terremotus fuit ad Orientem per totum annum præter Antiochiam.*

CCCLXXX. Constantio III. & Constante II.

*His Conss. victi Franci à Constāte Aug. seu pacati. tractus Hermogenes.*

Placido & Romulo.

Leontio & Salustio.

Amantio & Albino.

Constantio I v. & Constante III.

Rufino & Eusebio.

Philippo & Salia.

*His Conss. bellum Persicum fuit nocturnū.*

Limenio & Catullino.

Sergio & Nigriniano.

*His Conss. Constans occisus est in Galliis à Magnentio. & leuatus est Magnentius die xv. Kal. Februar. & Vetrano apud Sirmium Kal. Mai. eo anno. & Nepotianus Romæ III. Non. Iunias. & pugna magna fuit cum Romanis & Magnentianis.*

Post Conss. Sergij & Nigriniani.

*His Conss. bellum Magnentij fuit Morfa die iv. Kal. Octob. & eo anno depositus Vetrano VIII. Kal. Ianuar. & leuatus est Constantius Cæsar Id. Mart. & apparuit in Oriente signum Saluatoris die III. Kal. Februar. Luna XXVIII.*

Constantio v. & Constantio Cæf.

CCCXC.

Constantio VI. & Constantio II.

*His Conss. Magnentius se interfecit in Galliis apud Lugdunum die III. Idus Aug. & Decentius frater Magnentij laqueo se suspendit xv. Kal. Septemb.*

Constantio VII. & Constantio IV.

*His Conf. occisus est Constantius Cæsar  
in insula Flanona.*

Arbetione & Lolliano.

*His Conf. leuatus est Iulianus Cæsar die  
VIII. Idus Nouembres.*

Constantio VIII. & Iuliano Cæfare.

*His Conf. introierunt Constantinopolim  
reliquia Apostoli Timothei die Kal. Iun.*

Constantio IX. & Iuliano Cæs. II.

*His Conf. introierunt Constantinopolim  
reliquia SS. Apostolorum Andrea & Lu-  
cæ die V. Non. Mart. & introiuit Con-  
stantius Aug. Romã IV. Kal. Maias, &  
edidit XXXV.*

Datiano & Cæreale.

*His Conf. introierunt Constantinopolim  
legati Persarum die VII. Kal. Mart. Ipso  
anno terremotus factus, ita ut ciuitas Ni-  
comedensium funditus versaretur die IX.  
Kal. Septemb. alie verò CL. ciuitates par-  
tibus vexatæ sunt.*

Eusebio & Hypatio.

*His Conf. natus est Gratianus filius  
Augusti Valentiniiani die XIV. Kalend.  
Maias. & ipso anno primùm processit Co-  
stantinopolim Præfectus urbis, nomine  
Honoratus, die III. Idus Decemb.*

Constantio X. & Iuliano III.

*Fasti Consulares.* 57

*His Cōss. dedicatum est Constatinopoli  
Dominicum die xv. Kal. Martias.*

**Tauro & Florentio.**

*His Cōss. diem functus Constantius  
Aug. Mopsucrinas in finib. Cilicia Phæ-  
nicie provincie III. Non. Nouemb. &  
introiuit Iulianus Aug. Constantinopolim  
die III. Idus Decemb.*

**Mamertino & Neuitta.**

cccc.

**Iuliano Aug. i v. & Salustio.**

*His Cōss. occisus est Iulianus Aug. in bello  
Persico die vi. Kal. Iulias. & quia apostata  
à Deo factus est Christianorum etiam  
persecutor, occisus est, & leuatus est Chri-  
stianissimus Iouianus Aug. v. Kal. Iulias.*

**Iouiano Aug. & Varroniano.**

*His Cōss. recessit Iouianus Aug. Dadaस्ता-  
ma die xi. Kal. Mart. & leuatus est Valēti-  
nianus Aug. apud Niceā die v. Kal. Mart.  
Ipso anno leuatus est Valens Aug. Constatinopoli  
in miliario vii. in tribunali à fra-  
tre suo Valentiniano die iv. Kal. April.*

**Valentiniano & Valente Augg.**

*His Cōss. mare ultra terminos suos egressū  
est die xii. Kal. Aug. & ipso anno latro no-  
cturnus hostisq; publicus intra urbē Con-  
stantinopolim apparuit die i v. Kal. Octob.*

**Gratiano nob. & Dagalaifo.**

*His Conss. natus est Valētinianus iunior filius Augusti Valentiniāni die xv. kal. Febr. & ipso anno idem hostis publicus & predo intra Phrygiā salutarē, & in Nacoliensium campis ab Augusto Valēte oppressus atque extinctus est die vi. kal. Iunias. Ipso anno Augustus Valētinianus gentem Alamannicā peruicit.*

Lupicino & Iouino.

*His Conss. in ciuitate Constantinopoli, Deus grandinem pluit in modum petrarū die iv. Nonas Iulias. Et ipso anno leuatus est Gratianus Aug. in Galliis apud Ambianos in tribunali à patre suo Augusto Valētiniano die ix. kal. Sept.*

Valentiniano II. & Valente II.

*His Conss. terramotus factus, ita ut ciuitas Nicanorum terræ funditus prosterneretur die v. Idus Octob.*

Valentiniano nob. & Victore.

*His Conss. opus magnificum cisternæ Constantinopolitanæ completum est à Domitio Modesto v. c. iterū Prefecto urbis. quod in prima inchoauerat Prefectura. Agon post an. xvii. restitutus est ab Aug. Valente.*

Valentiniano III. & Valente III.

*His Conss. magna fames fuit in partibus Phrygiæ. & dedicata est sacta Ecclesia, ubi*

Fasti Consulares. 59

beati Apostoli positi sunt, v. Idus April.  
Gratiano Aug. II. & Probo.  
Modesto & Arintheo. ccccx.  
Valentiniano IV. & Valente IV.  
Gratiano III. & Equitio.  
Post Conf. Gratiani III. & Equitij.

*His Cōss. therma Carosiana dedicata sūt  
agente Prefecto v. c. Vindalomio Magno.  
Et ipso anno diē functus Valētinianus se-  
nior xv. kal. Decēb. in castello Virgitione.  
& leuatus est Valētinianus iunior Aug.  
filius Aug. Valētiniani ab exercitu in tri-  
bunali die x. kal. Decēb. in ciuitate Acinco.*

Valente Aug. v. & Valentin. iun. Aug.  
*His Cōss. victi & expulsi sunt Gothi à  
gente Hunorum, & suscepti sunt in Roma-  
nia pro misericordia inssione Aug. Valētis.  
Et ipso anno introiuit corpus Augusti Va-  
lentiniani Constantinopolim, v. kal. Ian.  
Gratiano IV. & Merobaude.*

*His Cōss. gēs Gothorū, qui pro misericordia  
suscepti sūt, rebellauerunt aduersus Roma-  
nos. ad quos expugnādos sunt missi Comi-  
tes cū militibus, & pugnauerunt cū Gothis.  
Valente VI. & Valentiniano II.*

*His Cōss. ingressus est Valens Aug. ab  
Oriente Constātinopolim die III. kal. Iun.  
Et ipso anno profectus est Valens Aug. ex*

vrbe ad fossatum die III. Idus Iunias. & pugna magna fuit cum Romanis & Gothis miliario XII. ab Hadrianopoli, die V. Id. Aug. Ex ea die Valens Aug. nusquã apparuit. & toto anno per diœcesim Thraciarũ, & Scythiæ, & Mœsiæ, Gothi habitauerunt simul, & eas prædauerunt. deinde vsq. ad portas vrbe Constantinopolitane venerunt.

Aufonio & Olybrio.

His Conss. leuatus est Theodosius Aug. ab Augusto Gratiano die XIV. Kal. Februar. in ciuitate Sirmio. Ipso anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victorie nuntiate sunt aduersus Gothos, Alanos, atque Hunos die XV. Kal. Decemb.

Gratiano Aug. V. & Theodosio Aug.

His Conss. victorie nuntiate sunt ambo- rum Augustorum. Et ipso anno ingressus est Theodosius Aug. Constantinopolim die XVIII. Kal. Decemb.

Syagrio & Eucherio.

His Conss. ingressus est Athanaricus rex Gothorum Constantinopolim die III. Idus Ianuar. Eodem mense diem functus idem Athanaricus VIII. Kal. Februar.

ccccxx.

Antonio & Syagrio.

His Cõss. Theodosius Aug. corpus Augusti Valentiniani in sarcophago deposuit die IX.

*Fasti Consulares.* 61

*Kal. Mart. Ipso anno uniuersa gens Gothorum cum rege suo in Romaniam se tradiderunt die v. Non. Octob.*

*Merobaude II. & Saturnino.*

*His Cōsulibus leuatus est Arcadius Aug. Constantinopoli in miliario VII. in tribunali à Theodosio Aug. patre suo die XVII. Kal. Febr. Et ipso anno ingressum est Constantinopolim corpus Constantie filie Augusti constantini die II. Idus Septemb.*

*Ricomere & Clearcho.*

*His Conss. introierunt Constantinopolim legati Persarū. Ipso anno natus est Honorius nob. in purpura die v. Id. Sept.*

*Arcadio Aug. & Bautone.*

*Honorio nob. & Euodio.*

*His Conss. victi atq. expugnati, & in Romania captiui adducti gens Greothingorū à nostris. Theodosio & Arcadio. deinde cum victoria & triumpho ingressi sunt Cōstantinopolim die IV. Idus Octob.*

*Valentiniano III. & Eutropio.*

*His Conss. Quinquēnalìa Arcadius Aug. <sup>\*</sup> propria, cū Theodosio Aug. patre suo editio- nibus ludisque celebrauit XVII. Kal. Feb.*

*Theodosio Aug. II. & Cynegio.*

*Defunctus est Cynegius Præfectus Orientis in Consulatu suo Cōstantinopoli.*

*Hic vniuersas prouincias longi temporis tabe  
deceptas in statum pristinum reuocauit. & usq.  
ad Aegyptum penetravit, & simulacra gentium  
euerit. Vnde cum magno fletu totius populi  
ciuitatis deductum est corpus eius ad Aposto-  
los die XIV. Kal. April. Et post annum trans-  
tulit eum matrona eius Achantia ad Hi-  
spanias pedestre. Et ipso anno occiditur he-  
stis publicus Maximus tyrannus a Theodo-  
sio Aug. in miliario III. de Aquileia V. Kal.  
Aug. Sed & filius eius Victor occiditur post  
paucos dies in Galliis a Comite Theodosio.  
Timasio & Promoto.*

*His Consf. introiuit Theodosius Aug. in  
urbem Romam cum Honorio filio suo die Iduum  
Iuniarum, & dedit congiarium Romanis.*

Valentiniano I V. & Neuterio.

Tatiano & Symmacho.

ccccxxi. Arcadio Aug. II. & Rufino.

*Valentinianus iunior apud Viennam est in-  
terfectus. & leuauit se Eugenius tyrannus.  
postmodum Theodosius Aug. occidit Eugenium.*

Theodosio Aug. III. & Abundantio.

Arcadio Aug. III. & Honorio Aug. II.

Olybrio & Probino.

*His Consulibus recessit apud Mediola-  
num Theodosius Aug.*

Arcadio Aug. IV. & Honorio Aug. III.

Attico & Cæsario.

Honorio Aug. IV. & Eutychniano.

*His Conss. Gildo occisus.*

Manilio & Theodoro.

*His Conss. templa gentilium demolita sunt, Iouiano & Gaudentio Comitibus.*

Stilicone v. c. Consule.

Vincentio & Frauito.

Arcadio v. & Honorio v.

CCCCXL.

*His Conss. Solis facta defectio III. Id. Nou.*

Theodosio & Rumorido.

Honorio IV. & Aristæneto.

*His Conss. bellū civile fuit ex III. Kal. Sept.*

Stilicone II. & Anthemio.

*His Conss. inter Catholicos & Donatistas unitas facta.*

Arcadio VI. & Probo.

Honorio VII. & Theodosio Aug. II.

Basso & Philippo.

Honorio VIII. & Theodosio III.

CCCCXLVII.

*His Conss. barbari Hispanias ingressi.*

Honorio IX. & Varari, quod fuit Tertullo.

Theodosio Aug. IV.

*His Conss. Constantini tyranni in conto caput adlatum est XIV. Kal. Octob.*

Honorio IX. & Theodosio v.

CCCCI.

P. C. Honor. IX. & Theod. V. Lucio Cos.

*His Conss. occisi sunt Iouinus, Sebastianus, Salustius. & Heraclianus abolitus est.*

Constantio v. c.

Honorio x. & Theodosio vi.

*His Conss. S. Stephanus primus martyr reuelatur S. Presbytero Luciano die vi. feria, quæ fuit tunc III. Non. Decēb. in Hierosolymis S. Ioanne Episcopo presidente. & extat ex his gestis epistola supradicti presbyteri, & S. Aniti presbyteri Bracarensis; qui tunc in Hierosolymis degebant.*

Theodosio vii. & Palladio.

Honorio xi. & Constantio ii.

Honorio xii. & Theodosio viii.

Monaxio & Plenta.

*His Conss. S. Ioannes Hierosolymorum Episcopus qui supra, epistolā dirigit per Ecclesias orbis terrarū, quæ habetur, de signis terroribusque diuinitus perpetratis.*

Theodosio ix. & Constantio iii.

Agricola & Eustatio.

Honorio xiii. & Theodosio x.

Mariniano & Asclepiodoto.

*His Conss. Honorius Aug. recessit Rauēnē.*

---